Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów. Zespół (fond 5 opis 2).

Autografy Biblioteki Zakładu Narodowego im. Ossolińskich

.

18. August II. Podpis na nominacji Józefa Ossolińskiego na podczaszego sandomierskiego 1720.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

BRAKUJĄCE NUMERY AUTOGRAFÓW ZOSTAŁY PRZENIESIONE DO INNYCH ZBIORÓW LUB ZAGINEŁY

18. Augustus II. Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq[ue]. Nec non Haereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector.

Significamus praesentibus Literis Nris, quorum interest universis et singulis. Merita Generosi Josephi Ossolinski Subdapiferi Sandomiriensis, Nobis et Reipublicae quavis in occasione cum singulari dexteritate contestata id exigunt a Nobis, ut eundem data hacce occasione Gratia et munificentia Nostra Regia prosequamur, et profecto in animum Nostrum induximus, eidem Dapiferatum Sandomiriensem post ascensum Generosi Josephi Grabinski ad Castellanatum Sanocensem vacantem et ad dispositionem Nostram devolutum dare et concedere, prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, immunitatibus et obventionibus, de Lege vel antiqua consvetudine hoc munus concernentibus damus et conferimus praesentibus Literis Nris ad extrema vitae ipsius tempora vel majoris alicujus dignitatis assecutionem. Quod omnibus quorum interest praesertim vero Dignitarijs, Officialibus, totiq[ue] Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis notum esse volentes mandamus, ut memoratum Gnosum Josephum Ossolinski abhinc pro vero et Legitimo Dapifero Sendomiriensi habeant et agnoscant, eiq[ue] de loco juribus, praerogativis et obventionibus supradictis respondeant et ab alijs responderi curent, pro Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die 24ta Mensis Aprilis Anno Domini MDCCXX. Regni vero Nostri XXIV Anno.

INSTYTUT OSSOLIŃSKICH

Augustus Rex

Dapiferatus Sandomiriensis post ascensum ad Castellanatum Sanocensem Gnosi Josephi Grabinski, Gnoso Josepho Ossolinski Subdapifero Sendomirien[si] confertur.

Andreas Franciscus Cichocki
S. R. Mtis Secretarius

1720.

Cancellariatu
Illustrissimi et Excellentissimi
Domini Joannis in Stupow Szembek,
Supremi Regni Cancellarij, Lomzen-
sis, Graudentinensis & Capitanei
sigillatum

18.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL - CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.